

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Sacerdotes Hebræorum non nisi nudipedes sacra peregerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

res Sacerdotes calceati in antiquis nummis & marmoribus visuntur. Qua de re plura jam dudum monuerunt viri eruditissimi, & nuperrime multa congregavit Johannes Braunius, in eximio opere de vestitu sacerdotum Hebræorum.

II. Apud Hebræos summa religione observatum fuit, ut non nisi nudipedes rem divinam peragerent sacerdotes. Cujus rei non leve argumentum est, quod inter vestes, quibus indui Sacerdotes supremum Numen præcepit, calcei non numerantur. Extat lex de Exod. 28. vestibus sacris, quibus Deus indui voluit tum summum Pontificem, tum reliquos sacerdotes, cum sacris operarentur. Vestes illæ fuerunt *Ephod*, *Pectorale*, *Pallium*, *Aurea lamina Tunica*, *Cidaris*, *Balteus*, *Feminalia*. Sed qui sacerdotibus vestiendi modum præscriptit Deus calceos iis non indulxit. Voluit scilicet ut nudis pedibus sacris operarentur, nisi quod tunica utcumque essent tecti. Quod sane ostendit Hebræorum sacerdotes calceis caruisse, quia cum vestibus sacris nusquam memorantur. Dif-  
ferte